



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

50. Cum sicut accepimus &c. mandatum Officialibus nonnullarum
Archiconfraternitatum Urbis, ut quotannis decem subsidia dotalia in totum
totidem Puellis Conservatorii Divinæ Providentiæ nuncupati de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

Decreta
roboran-
tia & clau-
sula subla-
ta.Deroga-
tiones etiā
ultimarum
volunta-
rum.Dat. 6.
Mart. 1694
P. A. 3.

L.

rum nequaquam admitti, seu nominari posse, harum serie decernimus, & ordinamus.

§. 8. Decernentes pariter easdem presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac dictis Puellis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; Ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac supradictorum Testatorum, & piorum largitorum etiam ultimis voluntatibus, quas propter præmissa sufficienter, & expresse commutamus, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Archiconfraternitatis, aliisque quibuscumque, etiam jramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum inferis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die sexta Martii 1694. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

J. F. Card. Albanus.

Mandatum Officialibus nonnullarum Archiconfraternitatum, & Confraternitatum Urbis, ut quotannis, decem subsidia dotalia in totum totidem Puellis Conservatorii Divinæ Providentiæ nuncupati de eadem Urbe per Deputatos pro tempore existentes ejusdem Conservatorii nominandis præstent, & assignent.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Adlevamen
Conservatorii
Divinæ
Providentiæ
mandat
assignari
singulis
annis decem
subsidia
dotalia to-
tidem il-
lius Puel-
lis, quam-
vis non
sint quali-
ficatæ ad
formam
piarum dis-
positionu.

CUM, sicut accepimus, Conservatorio Divinæ Providentiæ nuncupato de Urbe multum levamenti proventurum sit, si dilectis in Christo filiabus in illud nunc receptis, ac pro tempore recipiendis pauperibus Puellis aliquot subsidia ex illis, quæ à nonnullis Archiconfraternitatibus, ac Confraternitatibus ejusdem Urbis distribui solent, annis singulis assignentur: Nos considerantes summo opere decere Puellas præfatas, quod facilius statui suo consulere valeant, hujusmodi subsidiis adjuvari, illasque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & earum singulares personas à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, & penis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas esse censentes, necnon quorumcumque Testamentorum, aliarumque etiam ultimarum voluntatum, atque dispositionum tenores, & alia quæcumque etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirunt præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & inferis habentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut de cætero annis singulis decem subsidia dotalia ex iis, quæ per Archiconfraternitates, & Confraternitates infrascriptas Puellis Maritandis, vel Monachan-

dis dispensantur, una cum pretio vestis eis dari solitæ, totidem Puellis Conservatorii præfati nunc & pro tempore existentibus, etiam si forsan juxta formam, & dispositionem quorumcumque Testamentorum, aliarumque ultimarum voluntatum, ac tam causâ mortis, quam inter vivos dispositionum, & ordinationum, statutorum quoque, ac consuetudinum, & usum quorumvis qualitatæ non sint, à dilectis filiis modernis, seu pro tempore existentibus Archiconfraternitatum, & Confraternitatum hujusmodi Administratoribus, Officialibus, seu Ministris quocumque nomine nuncupatis, ad quos ea res spectat, & pro tempore spectabit, ad effectum Matrimonii, vel Monachatus realiter, & cum effectu præstari, & assignari debeant, tenore præsentium præcipimus, & mandamus.

§. 2. Ita videlicet, ut quatuor subsidia hujusmodi, quorum duo sint quinquaginta, reliqua verò duo sint quadraginta scutorum monetæ Romanæ pro quolibet, ab Archiconfraternitate Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis in Ecclesia ejusdem Sanctæ Mariæ super Minervam de Urbe præfata canonicè instituta, ea tamen lege, ut in his quatuor subsidium dotale, quod ipsa Archiconfraternitas uni ex Puellis Conservatorii hujusmodi quotannis præstare consuevit, comprehensum intelligatur, & ita ut si unquam propter considerabilem ejusdem Archiconfraternitatis reddituum diminutionem cætera subsidia dotalia, quæ dicta Archiconfraternitas aliis Puellis distribuere solet, diminui contigerit, pari modo dicta quatuor subsidia, salvo tamen semper eorum numero prædicto, diminui debeant.

§. 3. Alia tria subsidia, quorum unumquodque sit vigintiquinque scutorum parium, à Confraternitate Sanctissimi Rosarii in Ecclesia supradicta canonicè similiter instituta; aliud itidem subsidium vigintiquinque scutorum similium à Confraternitate Sancti Hieronymi Charitatis de eadem Urbe.

§. 4. Reliqua demum duo subsidia, quorum singula sint trigintaquinque scutorum, & vigintiquinque bajocorum ejusdem monetæ ex iis, quæ à quondam Bernardina Rustici Castellani relicta fuerunt, quæque à Sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum pro medietate, ac Confalonis respectivè Archiconfraternitatibus, seu Confraternitatibus pariter de Urbe pro alia medietate dispensantur, unum scilicet à dilectis etiam filiis modernis, seu pro tempore existentibus Guardianis, & Camera-rio ejusdem Archiconfraternitatis, seu Confraternitatis Sanctissimi Salvatoris, alterum verò à dicta Archiconfraternitate Confalonis respectivè præstentur, & assignentur.

§. 5. Porro decem subsidiorum dotantium hujusmodi præstatio, & assignatio ita fieri debeat, ut decem Puellæ dicti Conservatorii annis singulis ad illa, sicut præmittitur, admittendæ nullatenus à memoratis earundem Archiconfraternitatibus, & Confraternitatibus Administratoribus, Officialibus, seu Ministris visitentur, eligantur, seu nominentur, sed illarum electio, seu nominatio, ac omnimoda de decem subsidiis dotantibus hujusmodi disponendi facultas ad dilectos pariter filios modernos, seu pro tempore existentes Deputatos ejusdem Conservatorii (quorum erit eas Puellas eligere, seu nominare, quæ vitæ, ac morum honestate, modestia, ætate, aliave ratione cæteris antecellant) penitus pertineat.

§. 6. Ubi verò ab iis electio, seu nominatio hujusmodi, ut præfertur, facta fuerit, Cedula subsidiorum hujusmodi promissoria, quæ sanè liberè prorsus, & absque ullo vinculo, aut conditione, juxta modum à Congregatione eorumdem Deputatorum præscribendum, faciendæ erunt, una cum pretio Vestis, sicut præmittitur, dari solitæ, ipsis Deputatis consignari debeant, penes eos allervandæ, donec, & quosque iidem Puellis sic electis, seu

Ex dictis
decem
subsidiis,
quatuor
præstat
Archiconfraternitas
Annun-
ciationis.Tria Con-
fraternitas
Rosarii.Unum S.
Hieronymi
Charita-
tatis.Duo Archiconfraternitates
SS. Salvatoris, &
Confalonis.Puellæ no-
minantur à
Deputatis
Conservatorii.Cedula
consignan-
da absque
vinculo.

Demerentium, aut morientium Cedula assignetur aliis ab alteratione numeri annui

nominatis, cum nimirum eas in Religione, vel Matrimonio, juxta earum vocationem collocari contigerit, tradantur.

§. 7. Ita tamen ut si quæ ex illis, quæ sic electæ, seu nominatæ fuerint, bonum sui specimen præbere non perrexerint, qua in rememoratæ Congregationis Deputatorum Judicio omnino standum erit, illæ à commodo, & beneficio eorumdem subsidiorum dotalium sibi assignatorum cadant, nec illa, seu illorum Cedula petere, consequi, & obtinere valeant, sed subsidia eis assignata, seu illorum Cedula hujusmodi, quemadmodum etiam illa, quæ ob Puellarum, quibus assignata erant, mortem ante earum Matrimonium vel Monachatum respectivè secutam, sive ob aliam rationem effectum suum sortita non fuerint, aliis Puellis ejusdem Conservatorii per eosdem Deputatos pariformiter eligendis, seu nominandis assignentur, nec ista in eorum numero, quæ Puellis præfatis, sicut præmittitur, quotannis assignari debent, nullatenus computari, sed novæ Cedula illorum promissoria à supradictis Archiconfraternitarum, & Confraternitatum præfatarum Administratores, Officialibus, seu Ministris ad favorem aliarum Puellarum per eosdem Deputatos, sicut præmittitur, subrogandarum, seu nominandarum fieri, iisdem Deputatis, modo, & forma supradictis, consignari debeant.

Puellæ eximuntur à functionibus publicis.

§. 8. Cæterum quæcumque Conservatorii hujusmodi Puellæ, quæ ad subsidia dotalia præfata, sicut præmittitur, admittantur, seu nominatæ fuerint, Processionibus, aliisve publicis functionibus in distributione eorumdem subsidiorum dotalium, aut illorum occasione fieri solitis, interesse minime teneantur, sed intra idem Conservatorium Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumere, aliæve pia opera, sive à dictarum Archiconfraternitatum, & Confraternitatum statutis, sive à quorumvis Testatorum, & piorum largitorum, qui eadem subsidia præfata ordinaverunt, dispositionibus injuncta adimplere possint, & debeant.

Subsidia solvantur liberè sequito matrimonio, vel professione.

§. 9. Eisdem verò Puellis statim ac Matrimonio contraxerint, quod quidem Parochi attestatione à duobus ex Deputatis prædictis subscripta probari sufficiat, vel in aliquo Monialium Monasterio professionem regularem per ipsas Moniales emitti solitam expressè emisserint, subsidia dotalia eis, sicut præmittitur, assignata liberè, & promptè nullaque interposita mora, ac absque ulla cautione perolvantur; singulas demum Puellas prædictas ad plura, quam duo ex decem subsidii dotalibus supradictis per memoratos Conservatorii hujusmodi Deputatos nequaquam admitti, seu nominari posse, harum serie decernimus, & ordinamus.

Decreta roborantia cum clausula sublati.

§. 10. Decernentes pariter easdem præfatas litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Puellis in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; Ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogationes etiam ultimarum voluntatum.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac memoratæ Bernardinæ, aliorumque Testatorum, & piorum largitorum præfatarum, etiam ultimis voluntatibus, & dispositionibus, quas propter præmissa sufficienter, & expressè commutamus, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictarum Archiconfraternitatum, & Confraternitatum, aliisque quibuscunque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, styli, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet con-

cessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 12. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extrà illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibite, vel ostensæ.

§. 13. Cæterum non intendimus per ipsas præfatas litteras supradictum Conservatorium in aliquo approbare. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 6. Martii 1694. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

J. F. Card. Albanus.

Statutum, quod de cætero Procurator Generalis Provinciarum Reformatarum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, & Reformatorum, seu Strictioris Observantiae nuncupatorum in Capitulo Generali ejusdem Ordinis de sexennio in sexennium eligatur.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. CUM Nos nuper per Nostram super moderatione facultatum quorumvis, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Ordinum Regularium quorumlibet apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectorum, editam Constitutionem, inter alia quæcumque eisdem Protectoribus nonnullos Ordinum hujusmodi Superiores, seu Ministros deputandi attributam potestatem sustulerimus, & abrogaverimus, Superiorumque, seu Ministrorum hujusmodi electionis ad Sacrorum Canonum, seu Regularium eorumdem Ordinum Institutum limites, seu alias ad modum, & formam in Comitibus Generalibus ipsorum Ordinum, seu per Nos, & Sedem prædictam respectivè statuendam reduxerimus, & reductam esse voluerimus, & mandaverimus.

Continuatio ad Constitutionem moderatorem facultatum Protectorum Ordinum Regularium.

§. 2. Ac proinde quæcumque antè hac pro tempore existentis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, & Reformatorum, seu Strictioris Observantiae nuncupatorum apud eandem Sedem Protectori Procuratorem Generalem Provinciarum Reformatarum dicti Ordinis in Romana Curia residentem de triennio in triennium deputandi, sive quarundam Apostolicarum litterarum vigore, sive alias quomodolibet competens facultas sublata, & abrogata remanserit.

Sublata Protectori facultate qua fruebatur deputandi Procuratorem Generalem Reformatarum.

§. 3. Hinc est, quòd Nos, ut Procuratoris Generalis hujusmodi electio rectè, & canonicè in posterum fiat, quantum cum Domino possumus, providere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostri, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut Procurator Generalis supradictus, qui de triennio in triennium ab eodem Protectore, sicut præmittitur, deputari hætenus consuevit, deinceps de sexennio in sexennium in Capitulo Generali ejusdem Ordinis eligatur, in ejusque electione votum, sive suffragium Fratres Vocales earundem Provinciarum Reformatarum Familiae Cismontanæ dicti Ordinis tantum ibidem unà cum Ministro Generali pro tempore existente Ordinis supradicti insimul congregari habeant, & ferant, ac habere, & ferre liberè, & licitè possint, & valeant, tenore præsentium perpetuò statuimus, & ordinamus.

Nunciantur Procuratorem Generale constitui per electionem fratrum, & per sexennium.